



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Sorgia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

350 Pap. Mass. descr. Francia
RHO municipii vocabulo dici solitum
DANVS felici commutatione sortitum esse
nomen vrbis Igitur fluvii in hac
vita mentionem fieri video, & si
nomen eius non est adiectum, vo-
La Rus. catur enim *Russa*, ac prope urbem
se, r. fluit è Perna veniens, & prope In-
sulam urbem decurrens antequam
Rhodano misceatur; magnis qui-
dem caloribus parum aquæ secum
trahit, etsi aliis anni partibus a-
bundat, & septem aut octo leuca-
rum cursum habet. Eâdem epi-
stolâ ait: *Meta nostræ peregrinatio-
nis illa fuit, quæ ab antiquis Auenio,
à modernis Avinio dicta est.*

SORGIA.

LA PETRARCHA epistola ad Olim-
SORGE. P pum: *Clausula vallis est unde Sor-
gia fons erumpit. Et epistolâ 3. lib.
7. epistolarum de Rebus familia-
ribus: In agello, ait, meo, quem
ad fontem Sorgia habeo. In poëmate
Italico.*

*Mirar & sasso unde Sorga nasce
In una valle chiusa d'ogni intorno.*

Francia
ci solitum
titum esse
vii in hac
leo, & si
ctum, vo-
ope urbem
prope In-
antequam
magnis qui-
quæ secum
partibus a-
cto leuca-
adem epi-
eregrinatio-
is Auenio,
est.

4.
la ad Olim-
unde Sor-
stolâ 3. lib.
us familia-
meo, quem
In poemate
Sorga nasce
ni interno.

per Flumina.

351

Rupes illa tam est alta, quàm cam-
panile templi Virginis Parisiorum,
ex eaque summa aqua cadit crassi-
tudine humani corporis primùm,
deinde duplo accrescit & amplius.
Anguillas magno numero sæpe fun-
dit. Plinius autem effert laudibus
nobilem eius fontem, quòd in eo
nascantur herbæ tam delicatæ pe-
coribus. Et cap. 2. lib. 2. de vita soli-
taria ad Philippum Patham Petrar-
cha ait: *Adest tuus Sorgia Rex fontium,*
ad cuius tibi murmur hæc scribo: adest
liberrimum gratissimumque perfugium
(clausa vallis (sic enim vocant incole)
sic vocari voluit natura, quando illam
circunductis collibus obdidit extra om-
ne iter omnemque concursum, viderique
nisi ab incolis non permisit. Hic tu quo-
que, quod rarum, & liber & dominus &
presul & solitarius esse potes, Sorgia est
placidissimus fluuiorum, cuius aqua
quindecim aut circiter passuum millia
conscendens nulli secundum fontem lu-
cidissimi amnis originem videbis, & in-
cumbens præaltam rupem ut iam tran-
sire ulterius nec possis, nec oporteat: ut
enim dextra & secunda sint omnia, illic
tandem in terrâ depositus ad dextram

SOR-
GIA.

SOR-
GIA.

352 Pap. Mass. descr. Francia
me videbis, ubi enim procul ab Italia
possim esse tranquillus? Nec verò locū
insignem Flori lib. 3. præterire non
debeo. Prima, inquit, trans Alpes ar-
ma nostra sensere Salyi, quum de in-
ursionibus eorum fidissima atque ami-
cissima civitas Massilia quereretur:
Allobroges deinde, & Aruerni, quum
aduersus eos similes Hæduorum quere-
la opem & auxilium nostrum flagita-
rent. Varus victoriæ testis, Isaræque,
& Undalicus amnis, & impiger flu-
minum Rhodanus. Maximus barbaris
terror elephantum fuisse, immanitati gen-
tium pares. Nil tam conspicuum in
triumpho, quàm Rex ipse bis visus dis-
coloribus in armis, argenteoque car-
pento qualis pugnaverant. Utriusque
victoriæ quod quantumque gaudium
fuerit, vel hinc existimari potest, quod
& Domitius & Enobarbus, & Fabius
Maximus ipsis quibus dimicaverant
locis, saxæas erexere turres, & de super
exornata armis hostibus trophæa fixe-
re: quum hic mos inusitatus fuerit
nostris. Numquam enim populus Ro-
manus hostibus domitis suam victo-
riam exprobravit. Quem Flori lo-
cum de tribus fluminibus, Varo,

Sulga, & Rhodano facilè erit in- Sor.
telligere, Strabone interprete : is ^{GIA,}
enim ait ; Ad urbem Undalun
Sulgas Rhodano commiscetur. Item ;
Adversus Domitium conflietum est,
ubi Sulgas, Rhodanusque commisce-
tur. Hique loci Strabonis sunt
libro 4.

Boccacius in libro de Fontibus :
Sorgia, inquit, à surgendo dictus,
in Narbonensi provincia loco qui vul-
gò dicitur Vallis Clausa, fons nobi-
lissimus est : nam è specu quadam
abditissima saxei montis tanta aqua-
rum erumpit abundantia, ut abissi-
pites aperiri fontes, mitius tamen
annitempestate quadam exundans : &
cùm clarissima aqua sit, & amœna
gustui illico facta, fluvius optimorum
piscium ferax est, producens in fun-
do sui herbam adeò bobus sapidam,
ut diversis ad illam carpendam sub-
vndis capitibus assiduè pascentes ferè
ad suffocationem usque detineant : inde
inter asperrimas cantes effluens parvo
contentus cursu in Rhodanum mergitur.
Celebris quidem & antiquorum præ-
conio, & aquarum copia, & piscium
atque herbarum fertilitate est.

SOR-
GIA.

Ac fons sorgiæ postquam lavit, pinguioresque & fertiliores vicinos Avenionicos campos reddidit, in fossas illius tandem labitur, Rhodanumque influit.

De Ugerno Gregorius Turonensis lib. 8. historiæ suæ cap. 30. Ugernum Arelatense castrum esse dicit; & libro 9. ejusdem, castri Ugerni nomine mentionem etiam facit, qui Gregorii XI. profectioem in Italiam describit in Orgone, terra abundans lapidibus, arcta est via, ex vno latere alveo Druentia clauditur, & altera ripa raxea materie inexpugnabili modo protegitur. Petrarcha verò principi Romano lib. epistolarum sine numero magni facit Orgonis planitiem autumnali tempore transivisse, Orgonis planitiem pro Ugerni vsurpans.

Artere. *Antipolis* Melæ cognita & veteribus fuit. De ea Paulus Jovius lib. 35. *Antipolis*, inquit, *posita est contra eas Insulas quas Leones antiqui nostri hodie Leres vocant.* Cùm ait (*nostri*) nescio an de Italis loquatur, Galli quidem aliter appellant, videlicet *Areas*, qua voce Innocentius III. in

epistolis vsus est. Ob viciniam Ni-
cæ quæ ad Ducem Sabaudia perti-
net, & propter prædonum iniurias
hodie propugnaculis munitur. In-
ter *Antipolim* autem & *Forum-Julii*
Antenopolis posita est, & antiquæ
in ea inscriptiones marmoreæ, qua-
rum vna fuit. PVER SEETEM AN-
NORVM XII QVI ANTIPOLI IN
THEATRO BIDVO SALTAVIT ET
PLACVIT.

Quæ verba docent ibi theatrum
fuisse. Mensa quoque ænea sub terra
reperta est sic inscripta ;

VIATOR INTVS AEM,

TABVLA EST AENEA

QVÆ TE CVNCTA PERDOCET.

Duo sunt loca in Provincia, quo-
rum vnus aspectu valde gratus est,
maximamque voluptatem parit :
alter est aded deformis, vt nescio
cui placere possit. Nam ab *Olineolo*
Provincia vsque *Yeres* iter est
vnius diei, regioque ipsa aded re-
creans, vt nihil pulchrius vsquam
videri possit. Oliveta enim, mala au-
rea, citrones, & alia fructuum gene-
ra. At *Crandicampi* extenduntur in
leucas septem in planicie quasi ro-

*Olive-
roles.*

*Le
Cran.*

Francie
uam lavit,
res vicinos
t, in fossas
hodanum-
Turonen-
cap. 30.
strum esse
lem, castri
nem etiam
ofectionem
rgone, ter-
rcta est via,
ntia claudi-
naterie in-
egitur. Pe-
omano lib.
magni fa-
autumnali
onis plani-
ns.
a & veteri-
Jovius lib.
ta est contra
tiqui nostri
ait (nostri)
tur, Galli
, videlicet
tius III. in

SOR-
GIA.

356 *Pap. Mass. descr. Francia*
rotunda, incipiunt ab Arelate, &
Salone finiunt: alii Crandios cam-
pos esse aiunt planiciem rotundam
inter *Marticum*, & *Robresim*, con-
tinentem quinque aut sex leucas
diametrales. Quæ quidem planicies
tectâ est lapidibus aded parvis, vt
quælibet vna manu comprehendi
possit, inter quos lapides tantum
herbæ crescit nutriendis animalibus,
vt id maximè mirum videatur.
Ab illis campis vsque ad tres Ma-
rias vt vocant, Rhodanus in mare
influit, ac ferè sunt leucæ quin-
que, vt à peritissimis locorum ac-
cepi.

